

quod nichil debeat fieri propter premium quodcumque, eciam propter regnum celorum. Item quod homo perfectus debet esse liber ab omni virtute, ab omni actione virtutis, a Christo, ab eius passione cogitanda, et a deo^{t)}).

Tercio^{u)} contra ecclesiam multipliciter errando dicunt enim se credere ecclesiam catholicam sive Christianitatem fatuam^{v)} esse vel^{w)} fatuitatem. Item quod homo perfectus sit liber in tantum, quod non tenetur ad servandum^{x)} precepta^{y)} data ecclesie a^{z)} deo, sicut^{aa)} est preceptum de honoracione^{bb)} parentum in neccessitate. Item quod ratione huius libertatis homo non tenetur ad servandum^{cc)} precepta prelatorum et^{dd)} statutorum ecclesie. Et hominem fortem eciam non religiosum non obligari ad labores^{ee)} manuales pro neccessitatibus^{ff)} suis, sed eum libere posse recipere elemosinam pauperum. Item dicunt se credere omnia esse communia; unde dicunt furtum eis licitum esse.

Quarto^{gg)} contra sacramenta ecclesie errando dicunt se credere, quod quilibet laycus bonus potest conficere corpus Christi sicut sacerdos peccator. Item quod sacerdos, postquam exiit se sacris vestibus, est sicut saccus^{hh)} evacuatus frumento. Item quodⁱⁱ⁾ corpus Christi equaliter^{jj)} est in quolibet^{kk)} pane sicut in pane sacramentali. Item quod confiteri sacerdoti non est neccessarium ad salutem. Item quod corpus Christi vel^{ll)} sacramentum eukaristie sumere per laycum tantum valet pro liberatione anime defuncti sicut celebracio misse a sacerdote. Item quod

Nicolaus-Eymericus-Überlieferung:

52 debeat] debet; premium quodcumque] quodcumque premium 54 virtute] virtute et; actione] operatione; ab — cogitanda] eius passione cogitare 56 Tercio — credere] Dicunt et credunt 59 precepta] mandata vel (et NB) precepta; ecclesie] ab ecclesia vel 60 in neccessitate] *fehlt*; huius] huiusmodi perfectionis seu 63 eum libere] libere eum 64 se credere] *fehlt* 66 Quarto — credere] Dicunt et tenent 67 laycus bonus] bonus laycus 68 postquam exiit] exuens 72 sumere per] sumptum per bonum

t) folgt etc. Na u) Überschrift: Contra ecclesiam mit folgender Numerierung der „Irrtümer“ von 1—6 W (am Rand); Tercius error est (*fehlt* SJ) contra ecclesiam HF1.2DASJGNa v) *fehlt* fatuam esse vel SJ w) sive F2KNBGNa x) observandum F2KNa, observancias N, obs(er.) B, abolendum G y) precepta vel mandata G z) *fehlt* F2KNBGNa aa) folgt sicut est preceptum data ab ecclesia vel deo (!) F2 bb) honeracione DA cc) observandum KNBNa, abservandum G dd) *fehlt* et stat. eccl. SJ ee) laborales A ff) neccessariis DAV gg) Überschrift: Contra sacramenta mit folgender Numerierung der „Irrtümer“ von 1—6 W (am Rand); Quartus error (folgt est A) circa (contra GNa, korr. zu contra J) sacramenta HF1.2DASJGNa hh) sanctus B ii) *fehlt* NBGNa jj) *fehlt* J kk) qualibet parte statt quolibet pane SJ ll) *fehlt* vel sacr. euk. SJ